

## Beiheft

S 204 ff.

x)  
holte, sororem  
Renscen, Bruns-  
cinc.  
Item pro Aleyde,  
uxore Henrici  
Sachtelevens  
coloni Broderinc,  
Knippere officia-  
tus H(ermannii)  
domicelli in  
Ahus restituit  
Aleydim, filian  
Bernardi Vol-  
kerinc in par-  
rochia Vredehe  
morantis.  
Fortsetzung  
nächste Seite

[c. 1330—1365.]

[706]

<sup>204</sup> Notizen über Austausch und Freilassung von Bredenschen Hörigen.  
Officium Rynense . . anno Domini MCCCXXXVI Wilhelmus de Etschedorpe dedit Hillegundim filiam Gertrudis, filie Johannis Ovelunceges, et Rodolphi eius mariti pro Wilhelmo filio Gertrudis Abbine. Sed dicitur, quod Wilhelmus recognoscet se adhuc ecclesie pertinere et dicit mihi, quod permutatio non fuerit facta.

Item pro Melya, filio Bernardi sculteti curtis Provestinc ac Gertrudis sororis Heynonis Eegyne, manumisso et in ministerialem ecclesie recepto, domina Helena preposita recepit Nicolaum, filium Gerhardi dicti de Epe, a manu mei Rotgheri scolastici ecclesie Vredenensis emptum per me in usus dicti Melye, super quo habetur publicum instrumentum et eciam litera Winandi de Twiclo et Ludolphi eius filii. Ulterius permutatus est domino de Ahus, ut creditur.

Item Bernardus de Rede pro Johanne thon Kote, Lummode thon Kote, Gerhardo et Johanne filiis eius in reconcambium restituit Evecen (obiit) dictam Roszen, Gotfridum (vivit) et Bernardum (obiit) eius filios; ex quibus bonis isti manumissi sint, dubitatur oriundi.

Item pro Johanne Hiddine in Bocholte manumisso idem Johannes restituit Mechildem dictam uppen Brocke morantem Dinggeden emptam ab uxore Johannis van der Draxem, pro qua ipse Johannes Hiddine, Aleydis eius [uxor], Robertus, Johannes, Rodolphus et Hinricus eorum filii prestabunt warandiam, super qua habetur littera aperta.

Item pro uxore Heynonis, filii sculteti de Merste, dabatur Jacobo Hienbakes officiato in Asbeke Gerhardus filius Heynonis Iking et Evecen Lentfardinc et dimitebatur scultetus de Merste solitus de persona, quam debuisset emissae et restituisse pro Methilda (?) filia eius, uxore Alberti Bekine.

Item nota: creditur, quod Oda soror Heynonis de Luttikenstoteler iure censuali pertineat ecclesie reddita pro Adam dicto de Stripet. Johannes eius filius et Heinonis de luttiken Linctem preposite (?) ecclesie (?) in bonis Elvercinc de Linen et Johanni de Wiscaten.

Item nota, quod Johannes Rodehuppele dixit, quod Wendele de Wigere tho Dederen et Gertrudis eius soror et earum pueri et cognatio pertineant ecclesie.

Item anno Domini MCCCXXXVIII<sup>o</sup> die beate Cecilia virginis Beculo pro Elsika Roderinc, filia Hasewigis Roderinc, restituit Elsikam Hoygyne tho Buren, sororem quandam Ludolphi Hoygyne, et Gertrudim filiam quandam Johannis dicti Hert morantis iuxta Nortlon; dati sunt pro Gertrude Ghelscinc. (Hic locum non habet, sed in officio Lintlo.)

Item nota: Hasert procurator seu nuncius domini Henrici de Borclo pro Elsbe filia Wilhelmi Hecceline in Dinsperlo restituit Evetseen morantem An-

X)